

## DE CONSERVANDA

mentionem facit Auicenna 3. 1. doctrina 2. cap. 7:  
Oportet præterea, inquit, ne aliquis comedat nisi  
post desyderium, neq; in hoc tardetur, cùm desyde-  
rium ebullierit, id est, forte fuerit, nisi mendo sum fue-  
rit, ut ebriorum desyderium, & habentium fastidi-  
um, quoniam tolerare famem, stomachum malis ex-  
putridis replet humoribus, quos attrahit ad se loco  
cibi, ut patet per experientiam, cùm ieiunamus, no-  
flu habemus appetitum comedendi, sed sequenti die  
minimè, ergo est signum, stomachum tunc esse reple-  
tum malis humoribus, & maximè orificiū eius, quæ  
repletio non est uera, sed mendax, & propterea  
sumpto paucō cibo, regreditur statim appetitus.  
Auicenna ibidem: Neq; ipse, neq; omnes, qui sani-  
tatem custodire uolunt, aliquid comedant, nisi  
desyderium fuerit certum, & stomachus, & supe-  
riora intestina à primo nutrimento euacuata fue-  
rint. Quod enim in corpore existit dexterius, est nu-  
trimentum super nutrimentum, quod non est dige-  
stum, mittere. Secundum signum quod signifi-  
cat super certo desyderio siue certa fame, est sub-  
tilis diæta præcedens, id est, parua administratio ci-  
bi, quando & illā scquitur fames, significatur esse  
certa & uera. Insuper sciendū est, in una eademq;  
refectione, pessimū esse si simul multi & diuersi cibi  
coniungantur, ut carnes & pisces, uel pulli & suil-  
la, ac postea tēpus inter comedendum producatur.

Quia